



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Apotheca Spiritvalivm Pharmacorvm Contra Lvem
Contagiosam Aliosqve Morbos**

Wichmans, Augustin

Antverpiae, 1626

Reverendissimo Domino D. Michaeli Ophovio Sylvae-Dvcensis Ecclesiae
Episcopo Denominato.

urn:nbn:de:hbz:466:1-9653

REVERENDISSIMO DOMINO
D. MICHAELI
OPHOVIO
SYLVAE-DVCENSIS ECCLESIAE
EPISCOPO DENOMINATO.

AD sacra manuum tuarum oscula, Reuerend. Domine, venerabundus accedo, solemne illud & gratulatorium, QVOD FELIX FAVSTVMQVE, latetis vocibus & magnis votis Tibi appreccaturus. Nec solus accedo: sed tota mecum TUNGERLOA, hoc est, Confratres mei omnes (septuaginta sumus) clientes tui humillimi, ad obsequia D. T. aeternum parati, atque in id ipsum, à Patre nostro emissi. Latissimum enim illud nuntium quod nos nuper nouo gaudio exhilarauit, ad gratulationem pariter incitauit. Et quid nisi gratulemur, Tibi imprimis, Vir magne, quem veluti alterum Iosephum è Batauico carcere eductum, super familiam suam, supremus ille Rex regum, & Dominus dominantium iam constituit, non passus diutiùs ardentem hanc & lucentem tot

a 2

vir-

OMNIS EPISTOLA

virtutum radiis lucernam , sub humili ignorantiae
& persecutionis modio delitescere ? Sic sic exaltabitur,
quemcumque Deus exaltare voluerit. Diuinæ
siquidem prouidentiæ hoc opus est , quæ venditum
Sap. 10. iustū non dereliquit, sed à peccatoribus liberavit eum, descen-
ditque cum illo in foueam & in vinculis non dereliquit eum,
donec afferret illi sceptrum regni, & potentiam aduersus eos,
qui eum deprimebant, & mendaces ostendit eos, qui macula-
uerunt illum & dedit illi claritatem æternam. Coronam pro-
cinere, oleum gaudij pro luctu, pallium laudis pro spiritu mœ-
roris. Pro exilio, exaltationem; pro carcere, Pontifi-
cale solium; pro ferreis vinculis, annulum aureum,
Ila. 61. quo Te sibi illa desponsauit. scilicet : *Ego ante te ibo,*
Ila. 45: *dicit Dominus, glorioſos terræ humiliabo, portas æreas con-
teram, & vectes ferreos confringam.* Vnde meritò hoc
emblematicū elogium Tibi adaptamus : *Patiens in-
nocentia, ingens gloria.* Sed nobiliorem calamum hæc
exigunt, & præconem , per quem ad posteros ab-
eant, in patientiæ & pietatis erga patriam ; perenne
monumentum. Erit grata posteritas quæ hæc om-
nia, ut & reliqua Tua, verè magna , & maiora quæ
dabis, æternitati consignabit. de quibus , ne plura
dicam, Religiosa tua me monet modestia.

Quare ad te , ô Sylua-ducis , ciuitas sancta, vrbis
fortitudinis, & Regi tuo ad mortem usque fidelis, sti-
lum verto. Tibi pariter gratulari oportet , quæ ta-
lem.

A.D. DEDICATORIA.

Iem ac tantum iam nacta es Pastorem ; parentem
scilicet quem olim educasti infantem. Præ quo non
amplius suspirabis tuum MASIVM, è sacro pulpito in-
tronantem. Chrysostomum hic dabit, eiusque ma-
gistrum, Paulum. Non deinceps SONNIVM Theolo-
gica purpura insignem , tibi subreptum conquerê-
ris. Augustinus hic tibi erit , & à quo edoctus est,
magnus Aquinas. Pro METSIIS, CRABBEIIS, ZOESIIS,
vnus instar omnium,tibi erit OPHOVIVS, qui pro Pa-
tribus,natus est tibi Filius-Pater. Nempe illud Or-
dinis sui columen. illud vas diuinæ eloquentiæ. ille
Doctor purpuratus. ille amator patriæ. ille fidei
propagator. inter Religiosos doctissimus: inter do-
ctos Religiosissimus.inter vtrosque optimus.

Talis certè decebat vt tibi esset Pontifex, sanctus, inno- Hebr.
cens, impollutus, segregatus à peccatoribus. Tibi, inquam, &
nobis, per quem illam veterem sanctamque in me-
ritorum communicatione societatem, quæ Ordin-
em inter nostrum & Dominicanum, à 400. pæ nè
annis extitit, renouandā speramus, & vouemus. At-
que id ipsum pro suis Tuisque clientibus, Reue-
rendiss. Domine, à Te efflagitat, vtiusque Ordinis,
ac potissimum Domus nostræ singularis Patrona,
Sanctissima virgo Deipara; cuius felicibus auspi-
ciis, dignitatis Tuæ pro meritis Tibi oblatæ auspi-
ciū, vt FELIX SIT FAVSTVM QVE; omnes deuò

a. 3.

appre-

EPISTOLA DEDICATORIA.

apprecamur, quatenus per ascensum hunc purpureum, tandem peruenias ad reclinatorium aureum,
& cādētēm beatarum mentium stolam. Quod est
votum omniū nostrū & singulorū, qui vno hoc
ore loquuntur omnes, loquuntur singuli, æternū
eui. Atque ego imprimis omnium & singulorum
minimūs & vltimus, qui eorum & Reuerendi Pa-
tris nostri nomine, in testimonium paratissimi ob-
sequij, Apothecam hanc meam subplex offero, vt pa-
ternæ tuæ benedictionis gratiam consequi merear-
tur, per quam in salutem fiat legentium & vten-
tium, quam vnicè specto, & mille votis D. T. in bo-
num publicum, iterum atque iterum voueo.

Humillimus eius cliens

F. AVGVSTINVS VVICHMANS
cum deuotis orationum munjs.